

inceffus commiffus fuerit cum confanguineis conjugis in primo, vel fecundo gradu: quandoquidem reftituit affinitatem ex copula fornicaria, ut non impediatur matrimonium nisi in primo, & fecundo gradu: & Thefaur. de panis verb. Inceffus num. 4. refert S. Congreg. declaraffe idem effectum ad impedimentum petendi debitum: quam declarationem Gallemart ad hoc idem cap. dicit factam fuisse a Gregorio XIII. ex fententia ejuſdem Cong.

Ead. Seff. XXIV. c. 8. de ref. marit.

LVII. Decretum ftatuens mulieres five conjugatas, five folutas publice viventes cum adulteris, five concubinariis, fi ter admonite non paruerint, preter penas contra adulteros, & concubinariis inflictas, graviter puniendas effe pro modo culpe ex officio ab Ordinariis, etiam nemine requirente, & extra oppidum, vel diocetem eorumdem arbitrio ejiendos, ampliatum est a Sixto V. Conſtit. Ad compeſcendum 20. Oſob. 1586. cujus ſummam vide in ſummariis lib. IV. tit. 19. poſt cap. 3. & lib. V. tit. 16. de Adulter. poſt cap. 1.

Eadem Seff. XXIV. cap. 1. de reform.

LVIII. Decretum preſcribens §. Quoniam normam procedendi ad creationem Episcoporum, & Cardinalium, ampliatum est a Sixto V. Conſtit. Poſquam 3. Dec. 1586. & Conſt. Immenſa 8. Febr. 1587. ac a Gregor. XIV. Conſtit. Omnis 15. Maji 1591. Quo ad examen vero, & qualitatem promovendorum ad Archiepiscopatus, & episcopatus erecta est peculiaris Congregatio a Benedicte XIV. Conſtit. Ad apoſtolicam, quarum Conſtit. ſumma, cum hac inſcriptio pertinet ad S. Sedem, & dictam Congregationem, omittitur.

Eadem Seff. & cap.

LIX. Decretum ftatuens dicto §. Quoniam, Episcopos de novo creatos teneri ad fidei profeſſionem ante litteras expeditas, declaratum est a Pio IV. Conſtit. Injunctum 13. Novemb. 1564. preſcribente formam hujusmodi emittenda profeſſionis, & a Gregor. XIV. Conſt. Omnis 15. Maji 1591. declarante etiam modum apud quem, & ad quem tranſmittenda fit Romam hæc profeſſio.

Pariter ampliatum est ab eodem Pio cit. Conſtit. Injunctum, extendent hoc onus, & formam ad preſciendos regimini monaſteriorum, conventuum, domorum, & aliorum quorumcumque locorum regularium, etiam militarium.

Theſaurus de panis verbo Fidei profeſſio n. 4. tenet hanc Conſtit. non effe uſu receptam quoad Prelatos regulares, quando Eccleſia, vel monaſteria eis conferuntur non a S. Sede in titulum ad vitam, ſed ad tempus v. g. per electionem a capitulis, vel aliam proſiſionem factam ab eorum ſuperioribus.

Idem decretum ampliatum est etiam a cit. Conſtit. Gregorii hoc onus extendentis ad preſciendos regimini aliarum dignitatum, de quibus conſiſtorialiter providetur.

[Eadem Seff. XXIV. & cap. 1.

LX. Decretum edicens §. Omnes vero eos, ad quos pertinent paſtores Eccleſiis preſbiterales peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſie magis utiles ipſi judicaverint, ad eadem prom. verint, declaratum est ab Innoc. XI. ut ex contrario ſenſu propoſitionis 47. inter alias ab eodem proſcriptas 2. Martii 1679. Cum dixit Conc. Trident. Eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſie magis utiles ipſi judicaverint, ad Eccleſias promovent. Concilium vel primo videtur per hoc digniores non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparativo pro poſitivo; vel ſecundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos; vel tandem loquitur tertio, quando fit conſiſus.

Ead. Seff. cap. 2. de reform.

LXI. Decretum ftatuens, ut Episcopi nulli Archiepiscopo ſubjecti vicinum aliquem Metropolitanum ſemel eligant, in cujus ſynodo provinciali cum aliis in-

tereffe debeant, declaratum est a Congregatione habitæ coram Bened. XIII. 28. Maji 1725. ut ex ejuſdem Cong. reſponſis, per extenſum relatis a Bened. XIV. lib. XIII. de ſynodo diacef. cap. 8. n. 14.

1. Archiepiscopus, qui non habent ſuffraganeos, non teneri eligere Metropolitanum ad effectum conveniendi in ejuſ concilio provinciali.

2. Sex Cardinales Episcopos urbium Rome adjectum non teneri ut ſupra.

3. Episcopos omnes, qui ſunt inter provinciam Capuanam, & Piſanam non teneri eligere Metropolitanum ad effectum preſatum. Eos nihilominus, qui, vel quorum antecceſſores jam ſemel poſt Tridentinum elegerunt Metropolitanum, teneri ſtare electioni; pro ut etiam Episcopos, qui a provincia Romana inter dictas Capuanam, & Piſanam conſtituta divulſi fuerunt, & aſſignati ſuffraganei Eccleſiarum in metropolitanas electarum eidem ſubſeſe debere.

4. Episcopos vere immediate ſubjectos apoſtolicæ Sedis, qui ſunt extra preſatam provinciam Romanam, ubicumque locorum exiſtentes, omnino teneri eligere Metropolitanum juxta decretum Conc. Trident. Seff. 24. cap. 2. de reform. quatenus ipſi, vel eorum antecceſſores jam non elegerint.

5. Abbates, aliique Prelatos inferiores nullius diacef. habentes iuriſdictionem quaſi episcopalem in clerum, & populum cum territorio ſeparato, teneri eligere Metropolitanum, ut ſupra.

6. Episcopos, Abbates, & Prelatos inferiores, qui debent, ut ſupra, eligere Metropolitanum, eſſi non teneantur eligere viciniorum, debere tamen juxta dictum decretum Conc. Trident. viciniorum eligere; quod eſt intelligendum de non nimis longe diſtante; habita ratione regionum.

Nota recuſantes accedere ad ſynodum poſſe ab Episcopo puniri penis a jure ſtatutis ex decreto Congr. Conc. 5. April. 1732. relato lib. III. de ſynodo diacef. cap. 1. num. 5. quamvis Trident. nullam mentionem faciat penas inobedienciis inferenda.

Ead. Seff. XXIV. cap. 4. de ref.

LXII. Decretum ftatuens, ne ullus five ſecularis, five regularis predicare preſumat etiam in Eccleſiis ſui Ordinis, contradicente Episcopo, ampliatum, & declaratum eſt quo ad regulares, ut ſupra n. VII.

Eadem Seff. cap. 5.

LXIII. Decretum ftatuens cauſas gravioreſ contra Episcopos deſiſitione, aut privatione dignas, cognoscendas eſſe tantum a Romano Pontifice, confirmatum eſt a S. Pio V. Conſtit. Si de protegendis 1. Apr. 1569.

Ead. Seff. XXIV. cap. 6. de reform.

LXIV. Decreto tribuendi facultatem Episcopo, aut per ſe, aut per ſuum vicarium ad id ſpecialiter deputandum abſolvendi in foro conſcientie a quibuſcumque cauſis occultis Sedis apoſtolicæ reſervatis, & a crimine hæreſis in eodem foro per ſe ipſum tantum, derogatum eſt quoad abſolutionem ab hæreſi, ut ex reſponſis S. Pii V. Greg. XIII. & Clem. VIII. ac pluribus SS. Cong. decretis relat. a Bened. XIV. l. IX. c. 4. de ſynodo diacef. n. 4. & ſeq. edit. an. 1755. Quamvis Episcopus tamquam Inquiſitor natus contra hæreſim præſertim poſſet reſiſciſcentem hæreſim, aut ſponte coram ſe comparentem, aut ad ſuum forum quoquo modo deductum pro utroque foro abſolvere, vel per ſe, vel per alium, ut abſolvere poſſunt Inquiſitores delegati ab apoſtolicæ Sede in cit. cap. de ſynodo n. 3. Vide additiones meas l. V. tit. XXXIX. n. 24.

Ead. Seff. cap. 8.

LXV. Decretum ftatuens, ut in cathedralibus inſtituatur penitentiarius præditus qualitatibus ibi expreſſis, ampliatum eſt a Benedicte XIII. Conſtit. Paſtoralis 19. Maii 1725. præcipiente, ut hujusmodi præbenda in Italia, & Inſulis adjacentibus conferatur concurrentium, eo pari modo, quo Eccleſia parochialis. Vide notaſ ſupra n. II.

Ead. Seff. XXIV. cap. 11. de ref.

LXVI. Decretum ftatuens per honorarios titulos, aut privi-

privilegia quibuſcumque conceſſa, aut concedenda nihil detractum intelligendum eſſe juri Episcoporum, confirmatum eſt a S. Pio V. Conſtit. Quæſio 1. Jun. 1568. revocante inter dicta Comitibus palatinis, & quibuſcumque officialium romane curie collegiis conceſſa promovendi ad doctoratus, licentiarum, & hujusmodi gradum ad effectum conſequendi dignitates, & cetera beneficia eccleſiaſtica.

Ead. Seff. & cap.

LXVII. Idem decretum ſubſiciens locorum Ordinariis tanquam apoſtolicæ Sedis delegatis Protonotarios apoſtolicos non participantem, aliique honorariis titulis decoratos in romana curia, vel extra, declaratum eſt quoad primos ab Urbano VIII. decreto Congr. Conc. ejuſ juſſu edito 20. Aug. 1633. relato a Benedicte XIV. lib. III. de ſynodo diacef. cap. 8. n. 5. quo mandavit poni in litteris apoſtolicis, quibus hujusmodi Protonotarii creantur, clauſulam circa exemptiones a S. Conc. Trid. ſubſtans, itant ne dum quoad criminalia, ſed etiam quoad civilia ſubiaceant Ordinariis.

Quoad ſecundos vero declaratum eſt ab Inn. XI. altero ejuſdem Cong. decreto ejuſ juſſu edito 27. Feb. 1675. & relato in appendice Conc. Romani ſub Benedicte XIII. n. 7. reſpectu Collectorum poſteriorum ad cameram apoſtolicam pertinentium, quo eos ſubſicte Ordinariarum juriſdictioni in concernentibus curam animarum, aut ſervitium Eccleſiæ, ſi beneficium eum, vel ſine cura poſſideant, ceterique in eodem decreto expreſſis, non obſtante exemptione iſdem tributa ab Urb. VIII. Conſtit. Alias 2. Jul. 1636.

Ead. Seff. XXIV. cap. 11.

LXVIII. Decretum ftatuens inferventes Ordinibus militariis, & nominatim Religioni Hieroſolymitane, ſubjectos eſſe juriſdictioni Ordinarii, tanquam Sedis apoſtolicæ delegati, niſi habeant has qualitates. 1. ut religioniam profeſſionem emiſerint. 2. ut intra militaris clauſtri ſepta degant. 3. ut Religionis actu infervant. 4. ut ſub Ordinis Prelati obedientia vivant, diſtinctus declaratum eſt a Gregor. XIII. Conſtit. Circumſpecta 25. Nov. 1580. adente ulterius, ut prædictas omnes qualitates coram eodem Ordinario verificent.

Hac eadem lege ligantur inferventes Ordini militari SS. Mauriti, & Lazari in omnibus exequato a S. Pio V. Conſtit. Sicut 26. Jan. 1567. Ordini Hieroſolymitano, ut ex decreto Congr. Conc. in Urſiniana 7. Septemb. 1726. apud Theſaur. reſol. ejuſdem Cong.

Eadem Seff. cap. 12. de ref.

LXIX. Decretum ftatuens §. Prætorum non licere obtinentibus in cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonatas, præbendas, aut portiones vigore cujuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis ultra tres meſes quolibet anno a ſuis Eccleſiis abſeſſe declaratum eſt a Gregorio XIII. approbante decreto Congr. Conc. ut reſert. Benedicte XIV. lib. XIII. de ſynodo diacef. c. 9. n. 15. videlicet ſe abſtinerè poſſe a ſervitio chori (obtena prius abſolutione ab eodem ſervitio a Congr. Conc.) ſine ſuactum, & diſtributionem jactura Canoniam, qui per annos quadraginta eundem chorum laudabiliter frequentavit, ſumpto exemplo a lege moſaica Levitam immunem ab omni opere declarante poſt accurate præſtitum miniſterium in templo per XXV. annos Numerorum cap. 8. & a lege civilium miſſionem, & immunitatem a belli laboribus concedente veteranis militibus L. A. muneribus ff. de conceſ. & excuſat. muner. & L. 1. C. de veteran. lib. 12.

Circa hanc tamen juriſdictionem attendenda ſunt ſequentia Cong. Conc. decreta relata in Theſauro Reſolut. 24. Septem. & 17. Dec. 1718. ſuper dubiis.

1. An indulgentia ſit jubilationi Canonici, & beneficiarii, qui ſpatio 40. annorum Eccleſiis infervierunt, licet dicto temporis ſpatio cum debitis licentiis, & indulgentia abſentem ab Eccleſiis, vel in cauſa infermicitia, vel ex cauſa ſtudiorum, vel pro ſua Eccleſiæ ſervitio, vel ratione munerum, pro quibus obſervaverunt indulgentia abſentem pro debitis, & horis, vel indulgentia ſimpliſiter, & abſolute abſentem ab Eccleſiis, durante officio ipſi commiſſo.

2. An indulgentia ſit jubilationi illis, qui infervierunt ſpatio annorum 40. ſed partim in una Eccleſia, partim in alia, aut tanquam Canonici in ambabus, aut tanquam beneficiarii in una, & Canonici in alia, nec non illis, qui in una, & eadem Eccleſia per totum tempus infervierunt, ſed partim tanquam Clerici beneficiarii, partim tanquam beneficiarii, & aliquando partim tanquam beneficiarii, partim tanquam Canonici, vel partim tanquam coadjutores, & partim tanquam principales, & ſeculares.

3. An indulgentia ſit jubilationi illis, qui infervierunt ſpatio annorum 40. non obſtante parvo numero aliorum, qui remanent addicte Eccleſie ſervitio: & qui ſit parvus numerus infervierunt in cauſa, & ad effectum, de quo agitur.

4. An, non obſtante jubilationis indulto, jubilationis cogi poſſit ad inferviendum, ſi adivinus ejuſ acrimenentum paratur.

5. An, non obſtante jubilationis indulto, jubilationis teneatur ad reſidendum, licet non teneatur ad interreſſendum.

Ad 1. affirmative, quoad abſentes ex cauſa infermicitia cum debitis licentiis, & induiti, vel pro ſua Eccleſie ſervitio, vel cum induiti abſentem pro diebus, & horis; negative autem quoad abſentes ex cauſa ſtudiorum, & quoad habentes indulgentia abſentem abſolute, durante officio. Ad 2. negative ad primam partem, affirmative ad ſecundam. Ad 3. dabitur reſolutio in cauſis parvicularibus. Ad 4. affirmative. Ad 5. negative juxta decreta.

Nota ex hoc ultimo decreto inferri diſcretem inter Canonium jubilationem fruquentem, & Canonium coadjutorem habentem; hic enim juxta præxim ſine ſpeciali indulto non poſſet abſeſſe a loco, ubi canonicatum obtinet, licet non teneatur ad interreſſendum choro; ut in cit. ſol. 24. Septemb.

Ead. Seff. XXIV. & cap. 12.

LXX. Decretum ftatuens §. Omnes compellendos eſſe choro adſcribicos per ſe, & non per ſubſtitutos divina obire, atque in choro hymnis, & canticis Deum laudare, declaratum, & ampliatum eſt a Bened. XIV. cujus binarum Conſtitutionum ſummam vide in Additionibus meis lib. III. tit. 4. poſt n. 8.

Circa omittentes horarum canonicarum, officii B. Virginis, defunctorum ſec. recitationem vide Additiones citat. lib. III. tit. 41. poſt n. 11.

Ead. Seff. XXIV. cap. 13. de ref.

LXXI. Decretum ftatuens §. Ad hæc Eccleſias parochiales non excellentes in proventibus ſummam centum ducatorum ſecundum verum annuum valorem, nullis penſionibus, & reſervationibus fruictum eſſe gravandas, ampliatum eſt a Benedicte XIII. Conſtit. Quæſio 1. Sept. 1724. prohibente juxta edictum Innoc. XII. 11. Nov. 1692. per organum Datarie publicatum, quod in omnibus confirmat, ne locorum Ordinarii, aut quicumque alii parochialium collatores etiam juriſ patronatus laicalis, ullo modo dictas Eccleſias penſionibus aggravent, neque earundem reſignationes, aut permutationes admittant cum penſione favore cujuſcumque, & ſub quocumque titulo etiam alimenterum præſtationis; & multo minus ſine cauſa beneficio pleno, de poſſeſſorum conſenſu ex quacumque cauſa, vel titulo; reſervata Papæ facultate eadem penſiones imponendi in favorem duntaxat, & commodum fabricæ, ac ornamentorum ipſarum parochialium.

Ead. Seff. XXIV. cap. 14. de ref.

LXXII. Decretum ftatuens, ne proviſione, electione, confirmatione, collatione, inſtitutione, aut admiſſione in poſſeſſionem cathedralis, five canonicatus, five beneficii, five præbende ſive diſtributionum deductiones ex fruictibus, promiſſiones, compoſitiones, aut alie conditiones, ſeu turmorum lucra interponantur, non obſtante quacumque conſtitutione, vel conſuetudine etiam immemorabili; exceptis erogationibus conſuetis applicari in uſus pios laudabili conſuetudine, ſeu conſtitutione introductis, & ab Episcopo approbatis, declaratum eſt, & ſimil ampliatum a S. Pio V. Conſtit. Durum nimis 31. Maii 1570. decernente Episcopos includere ſuſpenſionem ab officio pontificali donec



donec absolvantur a Papa, prævia restitutione receptorum: collegia, & universitates interdictum, non tamen reservatum: singulares personas excommunicationem Papæ reservatam; & his penis ligari tamdantes, quam accipientes: ac etiam ampliatum ab Inn. XII. Constit. Ecclesie 22. Septem. 1695. addente penas ipso facto absque alia declaratione incurrendas privationis dignitatum, canonicatum, & præbendarum, aliorumque ecclesiasticorum beneficiorum: & quo ad Regulares privationem etiam vocis activæ, & passivæ, ac graduum, numerum, & officiorum obtentorum, & perpetuè inhabilitatis ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda.

Prohibente insuper sub dictis penis Papæ reservatis quascunque conventiones, etiam juratas factas absque auctoritate apostolica ante provisionem Ecclesiarum, seu monasteriorum, eas irritas declarando.

Ead. Sess. XXIV. & cap. 14. de ref.

LXXIII. Idem decretum excipiens a suprascriptis fructibus, & detractionibus eas, quæ in usus pios convertuntur, declaratum est ab eodem Pio cit. Constit. ita statuente §. 4. in fine - *Ut ubique huiusmodi fructus, & distributiones fabricæ, vel sacristiæ, aut alterius pii loci usus ultra semestrem tempus reperiri concessæ, horum dumtaxat dividia pars ipsi sacristiæ, vel fabricæ, antecopio acinceps tribuatur, alteram vero beneficiarii prædicti integre percipiant.*

Ex Constit. Benedicti XIII. Pius 29. April. 1725. pro Italia, & Insulis adjacentibus obtinentes parochiales una cum incertis annuum redditum scutorum centum monetæ romanæ excedentes; & canonicatus, beneficia tam residentialia, quam non, & simplicia sita extra Ecclesias collegiatis cuiusvis valoris, tenentur solvere mediam annuatim pro fabrica cathedralis: sicut & obtinentes dicta omnia respective beneficia sita in Ecclesiis collegiatis, vel alias translati pro fabrica collegiatis, sive dicta beneficia fuerint libere collationis, sive juris patronatus mixti, ac etiam hinc inde, & ad quemcumque electio, collatio, institutio, & provisio pertineat, sive nimirum ad Metropolitanam, vel Ordinariam, sive ad capitulum, sive ad alium quemcumque inferiorem, dummodo non pertineat ad S. Sedem, aut etiam legitima non vigeret consuetudo solvendi, vel dimittendi fructus sex mensium, aut similem, non tamen minorem ratam favore fabricæ, vel sacristiæ; in quibus casibus nihil solvendum erit.

Hæc autem media annua deponenda est apud personam deputandam ab Episcopo cum scientia, & consensu capituli, ac reinvestienda in bonis stabilibus, & ruti pro dote fabricæ dumtaxat eorundem respective Ecclesiarum. Etsi Archiepiscopus, Episcopus, vel Ordinarius inferiores, & respective Capitula, ac linguli canonici in causa fuerint, ut vel ratione minus fidelis, idoneique depositarii, aut ex causa non facti, vel minus tuti, & exinde perditum investimenti, aut deorum propter eroga capitalia, vel fructus in alios usus aliquid præjudicium emerferit patrimonio fabricæ, ipsi, eorumque hæredes, & successores teneantur ad omnia damna, & interesse favore prædictæ fabricæ; eorundemque bona omnia pro potiori cautela affecta sint, & specialiter hypothecata favore ejusdem fabricæ. Per hoc vero Episcopi non eximuntur ab onere iis a factis canonibus injuncto Ecclesiis cathedrales reparandi.

Ab onere hujus media annuæ excipiuntur beneficia Archiepiscopalis Beneventana, ac aliarum diocesium, & collegiarum, in quibus reperitur opus, seu peculiare patrimonium fabricæ sufficienter instructum; aut onus conservandi, & restaurandi Ecclesiæ residet penes communitates locorum, vel eorum patronos, sub pena in hoc huic oneri non satisfaciendo patronatum amittendi.

Ead. Sess. XXIV. cap. 18. de ref.

LXXIV. Decretum statuens §. *Transacto*, ut examen pro concursu ad Ecclesiam parochialem vacantem fiat coram Episcopo, aut eo impedito, coram ejus generali Vicario, & tribus saltem examinativis in synodo dicte, approbatis sub pena nullitatis concursus, & collationis hæc forma non servata, ampliatum est a S. Pio V. Constit. In conferendis 18. Mart. 1567. de-

cernente præter dictam collationis nullitatem, hæc de voluntate esse ad Sedem apostolicam, seu ad eos, quibus jus competit parochiam conferendi. Prohibente insuper §. 9. isdem Ordinarius, ne raptus decem dierum ipsis, & patronis a Trident. præfixum ad nominandum idoneos Clericos coram deputatis examinativis, ultra alios decem dies prorogare audeant, vel præsumant. Circa hoc vide notata in summariis lib. I. tit. 6. de elect. post cap. Nemo acinceps 15.

Ead. Sess. & cap.

LXXV. Decretum statuens, ut iidem examinativos singulis annis in diocesi synodo ad minus sex proponantur, declaratum est decreto Clementis VIII. relato a Benedicto XIV. lib. IV. de synodo dioc. cap. 7. n. 7. decernente, ut si ex designatis in ultima synodo, durante anno, sex saltem non superessent vel ob mortem, vel ob discessum a diocesi, possit Episcopus alios subrogare, modo prædicti sint qualitatibus a Trident. requisitis, & a capitulo approbentur, qui una cum superstitibus electis in synodo senos non excedant, duraturi usque ad futuram synodum elapso anno cogendum juxta cap. 2. sess. 24. Quæ si elapso anno non celebretur, licet ex eodem decreto dictorum subrogatorum officium expiret, non exipit tamen munus illorum, qui electi fuerint in ultima synodo, dummodo sex ex iis remanserint. Si autem vel unus ex his discesserit, nullus ex superstitibus adhiberi potest in concursu ad parochiales, sed obtinenda est facultas unum, vel plures subrogandi, ut probat idem Bened. loco cit. num. 8. & 9.

Ead. Sess. XXIV. & cap. 18. de ref.

LXXVI. Decretum statuens §. *Peracto*, renunciantes esse a dictis examinativis quotquot ab isdem iudicati fuerint idonei ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam parochialem gubernandam opportunis, declaratum est a Benedicto XIV. in literis encyclicis ad omnes Episcopos Cum illud 14. Decemb. 1742. decernente §. 10. 11. & 16. eisdem suo deesse muneris, si doctrinæ tantum iudices essent; idoneos juxta etiam plura decreta Cong. Conc. ab ipso relato lib. 4. de synodo dioc. cap. 8. n. 3. nullum esse concursum, si non retulerint idoneos quoad omnes supra enunciatas qualitates.

Ead. Sess. & cap.

LXXVII. Decretum statuens §. *Ex his*, eligendum esse ab Episcopo ad parochialem Ecclesiam quem præ ceteris a dictis examinativis, ut supra renunciatis magis idoneum judicaverit, ad tollendas dubitationes aliquando subortas, an etiam ad ipsos examinativos una cum Episcopo hæc prælectio spectet, declaratum est in isdem literis §. 11. ad eos non spectare, ut ex altero decreto Congreg. Concil. relato loco supra cit. num. 6. de synod.

Ead. Sess. & cap.

LXXVIII. Idem decretum præcipiens, concurrentium examen faciendum coram Episcopo, & saltem tribus synodaliibus examinativis, nulla proposita illius peragendi forma, seu certa peculiari methodo servanda, ampliatum est tam in literis encyclicis Clement. XI. quam in Constit. Cum illud 14. Decemb. 1742. Benedicti XIV. hæc statuendum, quarum summarium vide in additionibus meis lib. III. tit. 7. post n. 7.

Ead. Sess. XXIV. cap. 18. de ref.

LXXIX. Idem decretum ut supra ampliatum fuerat a Pio V. statuente cit. Constit. In conferendis §. 7. ut si Episcopus minus libenter elegerit, magis idonei relecti possint a mala hæc electione ad Metropolitanam, vel si ipse eligens Metropolitanus sit, vel exemptus, ad viciniorum Ordinarium ut Sedis Apostolicæ delegatum, vel alias ad eandem S. Sedem appellare, ac prælectum ad novum examen coram ipso appellationis iudice, ejusque examinativis provocare: verum cum ex hæc appellationis forma plura subsequerentur absurda enumerata lib. XIII. de synodo dioc. cap. 9. num. 19. decretum est a Clemente XI. per encyclicas literas ad locorum Ordinarios expeditas 10. Jan. 1721. insertas in cit. Constit. Cum illud ut, salvo concessa a S. Pio

appel-

appellationis remedio, examina concurrentium tam quoad consuetam Evangelii expositionem, quam quoad resolutionem moralium questionum eisdem propositarum, non amplius fiant oretenus, ut prius, sed scripto proprio eorundem characterè exarentur, ipsorumque authentica documenta super meritum, & qualitatibus inter acta concursus serventur, ad effectum ea omnia in casu interpositæ appellationis ad superiorem iudicem transmittendi; qui eis inspectis decernere possit, an recte appellatum fuerit, & an rationabiliter, aut secus ab Episcopo iudicatum, absque eo quod proventus Ecclesiam interim relinquere cogatur.

Ead. Sess. XXIV. cap. 20. de reform.

LXXX. Decretum statuens, causas omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam beneficiarum, in prima instantia coram locorum Ordinariis dumtaxat esse cognoscendas, exceptis iis ibi enumeratis, ampliatum est, & simul declaratum a Greg. XIII. Constit. ad Romani 10. Jul. 1574. excipiente etiam cognitionem super executione literarum apostolicarum de capiendi possessione beneficiorum, ac declarante id non adversari huic Tridentini decreto; atque ideo non esse suspendendum earundem literarum executionem.

Eadem Sess. & cap.

LXXXI. Decretum statuens, dictas causas terminandas esse saltem intra biennium, ampliatum est a Clem. VIII. Constit. Litem 9. Feb. 1593. decernente ad ecclesiasticorum earundem expeditionem in omnibus Ecclesiasticis status tribunalibus attendendas tantum esse in processu nullitates jurisdictionis, citationis, aut mandati, quod prius statuerat Pius IV. pro iudicibus alme Urbis Constit. Cum ab ipso 31. Jun. 1562. Vide infra num. CXI.

Eadem Sess. & cap.

LXXXII. Decretum præscribens modum appellationis interponende, statuensque in quibus causis admitti possit ampliatum, & declaratum est a Benedicto XIV. ut supra num. XIV.

Ead. Sess. & cap.

LXXXIII. Decretum statuens §. *Ad hæc*, causas matrimoniales relinquendas esse Episcopi tantum examini, & jurisdictioni, declaratum est a Benedicto XIV. præscribente modum eisdem tractandi, ut in Additionibus meis lib. IX. tit. 19. post n. 2.

Sess. XXV. cap. 3. de Regul.

LXXXIV. Decretum, quo §. *In prædictis* præcipitur, ut in monasteriis monialium tot tantum recipiantur, quod aliunde sustentari possint ex redditibus propriis, vel ex conductis elemosynis, declaratum est a S. Pio V. Constitur. Circa 29. Marti 1566. decernente, idem servandum esse in monasteriis monialium, etiam Regularibus subiectarum, quarum numerus taxari debet ab Episcopo una cum superiori regulari ex Constit. Gregor. XIII. Deo sacris 30. Decembris 1572.

Eadem Sess. & cap.

LXXXV. Decretum prohibens §. *Nec de cetero* monasteria tam virorum, quam mulierum erigi sine prævia licentia Episcopi, in cuius diocesi erigenda sunt, ampliatum fuerat a Clemente VIII. Constit. Quoniam 23. Jul. 1603. decernente Ordinarios non posse hæc licentiam impertiri cuiuscumque medicamentum Ordini, nisi vocatis, & auditis præexistentium conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, aliisque interesse habentibus, ac nisi consenserint novos conventus absque aliorum detrimento commode sustentari posse (quod detrimentum notat Rota part. 2. recent. decif. 745. considerandum esse respectu multiplicationis elemosynarum necessariorum ad sustentationem novi conventus, non vero respectu emolumentorum ex funeralibus, & sepulturis, cum sint facultativa, nec censeri præjudicium, si novus conventus erigendus fundetur cum sufficienti redditu) verum postea huic decreto derogatum est ab Innoc. X. Constitur. Instauranda Idib. Octob. 1652. §. 3. quoad licentiam dandam a solo Ordinario respectu Regularium virorum tam mendicantium, quam non mendicantium intra Italianam, & Insulas ad-

iacentes, statuente requiri etiam specialem Sedis apostolicæ facultatem, prævio examine Congr. Episc. & Regul. super præmissis conditionibus. Idem servari mandavit Innocentius XII. Constit. Nuper 23. Decembr. 1697. sub pena nullitatis foundationis, & subjectionis omnimode jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ordinariorum.

Hic notandum cum Benedicto XIV. de synodo dioc. lib. IX. cap. 1. n. 9. edit. ann. 1755. quod licet cit. Constitur. Instauranda declarat necessariam esse auctoritatem Sedis apostolicæ in huiusmodi erectionibus intra Italianam, & Insulas adjacentes; communis tamen hodie & in tribunalibus recepta opinio est, requiri etiam extra Italianam, Cum enim (sunt verba ipsius) jam pridem ante Trident. Conc. Regularibus interdita fuerit novorum monasteriorum acquisitio sine expressa licentia apostolice Sedis, ut videre est in cap. Religiosorum §. Confirmatos de relig. domib. in 6. & in cap. Cum ex eo de excessibus Prælat. eod. lib. VI. satis patet nihil a Trident. synodo derogatum fuisse apostolicæ Sedis auctoritati jam præcedenter stabilitæ, sed illud dumtaxat statutum fuisse, ut præter eam episcopalis quoque auctoritas, & licentia in ipsam erectionibus interveniret.

Sufficeret tamen sola Episcopi licentia, si erigendum esset hospitium pro Regularium iter habentium commodo ex tribus Rotæ decisionibus ibidem relatis.

Præter superius dicta hodie ex decreto Cong. super disciplina regulari transmissio singulis procuratoribus generalibus 23. Febr. 1717. sufficientia, & substantia reddituum conventus erigendi intra Italianam, & Insulas adjacentes recognosci debet ab eadem Congr. sub pena in superiores, ad quos spectat, privationis vocis activæ & passivæ, suspensionis ab officio, & dignitatibus, ac perpetuè inhabilitatis ad eadem.

Circa erectionem monasterii monialium, non obstante dispositione citat. cap. 3. Trident. de hyllo Curie est, ut etiam recuratur pro facultate ad Sedem apostolicam Egr. lib. 2. tit. de officio Ordinar. cap. Grave n. 53.

Ead. Sess. XXV. cap. 4. de Regul.

LXXXVI. Decretum prohibens Regularibus recedere a suis conventibus, etiam prætextu ad superiorem accedendi, nisi ab eisdem missi, vel vocati fuerint; statuentisque puniendos esse a locorum Ordinariis tanquam desertores sui Instituti, si repetitur vagantes sine dicto mandato, ampliatum est a Sixto V. Constit. Cum de omnibus 26. Novemb. 1587. statuente §. 7. ne itinerantes de una ad aliam provinciam sine dicto mandato in nullo conventu ejusdem Ordinis recipiantur, etiam ad modicum tempus, nisi alias cognitum sint, sub pena in recipientes privationis vocis activæ & passivæ, officiorum, graduum, & dignitatum, ac perpetuè inhabilitationis ad talia: in religiosis vero dicto mandato carentes Ordinarii locorum procedere possint tanquam suspectos delictorum, eosque tamdiu in carcere detinere debeant, donec certa de eis notitia habeatur; quamvis ex Constitur. Urbani VIII. Sacra Congregatio 21. Septemb. 1624. postquam in carcere coniecti fuerint ab Ordinariis, consignandi sint superiorem regularibus ab his puniendi. Imo ex altera ipsius Sixti Constitur. Ad Romanum 21. Octob. 1588. §. 19. dictæ pænæ extenduntur etiam ad hic itinerantes de uno ad alium locum ejusdem provincie, si diverant ad loca tam propria, quam alterius Ordinis; & hæc pænâ locum habere potest, sive habitum regularem deserant, sive non, ut ex cit. Constitur. Urbani. Eximendi tamen sunt ab eadem, si veram, urgentem, & gravioris momenti causam habeant recurrendi ad suos superiores, ut luculenter probat Benedict. XIV. lib. XIII. de synod. dioc. cap. 11. n. 14.

Ampliatum est etiam a Clemente VIII. Constit. Nullius 20. Mart. 1601. decernente §. 13. eos non posse Romam petere sine Protectoris, vel Generalis licentia, sub pena, si Romam ingrediantur sine licentia, ut supra, privationis vocis activæ & passivæ ad biennium Papæ reservatæ, quo elapso, hæc pænâ per se cessat. Nec Provincialis potest licentiam dare, nisi ob bonum totius provincie, ut ibidem declaratur §. 31.

Ead.



Ead. Sess. XXIV. cap. 5. de Regul.

LXXXVII. Decretum præcipiens Episcopis, ut in monasteriis monialium, tam sibi, quam Regularibus subiectarum clausuram conservare procurent, & violatam restituant, declaratum est in pluribus, tam quo ad ingressum, tam quoad egressum a S. Pio V. Const. Circa Gregor. XIII. constitutione Deo sacris 30. Decemb. 1572. Ubi gratia. Dubii. Gregorii XV. Inscrutabili. Alexandri VII. Felici, & a Bened. XIV. quas Constitutiones vide in Auctore, lib. III. tit. 35.

Eadem Sess. & cap.

LXXXVIII. Decretum statuens §. Nemini, non licere monialibus post professionem exire e monasterio etiam ad breve tempus, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata, declaratum est a S. Pio V. Constitut. Decori 1. Febr. 1570. reducens hanc causam ad tres tantum casus, nempe magni incendii, lepræ, & epidemici, cum licentia, & approbatione Prælati monasterii, si hoc sit subiectum Regularibus, & Episcopis simul: & quidem in scriptis, cum de infirmitate agitur, sub pena excommunicationis ipso facto Pape reservatæ tam in aliter egredientes, quam in licentiam concedentes, comitantes, & receptantes, ac privationis ipso facto officiorum, administrationum, & inhabilitatis ad illa, & alia huiusmodi obtinenda in ipsas aliter egressas, prædentes, & alios superiores aliter licentiam dantes.

Nota tamen ex defectu huiusmodi licentiæ, excentes non incurritur dictas penas, si res ulteriorem dilationem non pareretur, v. g. quando superveniret periculosa, & inevitabilis necessitas subite exulionis, incurfus hostilis, aquarum inundationis, proxime, & irreparabilis monasterii ruinæ, cum in his, & similibus casibus locum habere debeat vulgaris regula, quam Nicolaus III. (non IV. ut notavi in sumario cap. Exiit 3. de verb. signif. in 6.) his verbis expressit §. Nec quicquam. Nec iuro proli in extrema necessitate articulo ad providendum sustentationi natura via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitas sit exempta.

Benedictus XIV. in epistola ad Antidites regnoem Portugaliæ, & Algariorum Cum sacrarum 1. Jun. 1741. §. 5. admittit Nuncios, & etiam Congregationi Episc. & Regul. facultatem indulgentiam egressum a monasterio.

Ead. Sess. XXIV. cap. 5. de Regul.

LXXXIX. Decretum statuens §. Ingressi, nemini licere ingredi septa monasterii Monialium sine Episcopi, & Superioris licentia in scriptis, declaratum est decreto Cong. Conc. approbato ab Urbano VIII. 13. Novemb. 1620. & relato L. XIII. de Syn. diac. c. 12. n. 23. huiusmodi licentiam quoad monasteria Monialium exemptarum, & regularibus subiectarum tam pro ingressu in casibus necessariis, quam pro accessu ad loquendum cum ipsis, dandam esse necesse ab eorum Superioribus, sed etiam a locorum Ordinariis. Imo ex altero decreto eisdem Congr. a dicto pariter Pontifice approbato 21. Maii 1620. relato loco mox cit. sufficit tantum ipsorum Ordinariorem licentia, ubi viget consuetudo, ut ab istdem solummodo hæc petatur.

Ead. Sess. & cap.

XC. Idem decretum prohibens §. Ingressi dictum ingressum sub pena excommunicationis ipso facto incurrendam, non tamen reservatæ, ampliatum est a Greg. XIII. Constitut. Ubi gratia 13. Jun. 1575. & a Paulo V. Constitut. Monialium 10. Jul. 1612. reservantibus dictam excommunicationem ipso facto incurrendam Pape contra quoscumque eadem septa ingredi audentes, etiam marchionales, & ducali dignitate fulgentes, prætextu privilegiorum, que revocantur. Hæc pena ex stylo Curie incurritur etiam ab ingredientibus sine tali prætextu.

Nota, quod si concedatur a S. Sede cuicumque etiam dicta, aut alia dignitate fulgenti, facultas eadem septa ingrediendi certis vicibus, v. g. bis, ex Constit. Pauli V. Facultatum 1. Sept. 1608. hæc particula bis, aut similis, intelligenda est collective de omnibus sci-

licet monasteriis concessis, non distributive, sive singularis; & aliter utentes incurritur penam, ut supra.

Idem decretum ampliatum est etiam in hoc, quod nulla in eo fiat mentio de introductibus, seu intrare permittentibus clausuram; in cit. vero Constitut. Monialium §. 3. insignitur eadem pena excommunicationis una cum privatione late sententiæ dignitatum, beneficiorum, officiorum, & inhabilitatis ad huiusmodi contra Abbatissas, Abbates, conventus, aliosque Superiores utriusque sexus monasteriorum Monialium, ac quoscumque personas, si quemquam prætextu privilegiorum ingredi faciant, vel permittant. Que pena etiam ex stylo Curie incurritur etiam ab introductibus, vel ingredi permittentibus sine dictorum privilegiorum prætextu.

Hæc Constitutiones, & penæ confirmatæ sunt a Benedicto XIV. Constitut. Salutare 3. Jan. 1742. ubi §. 3. sub istdem penis interdicunt huiusmodi ingressum quibuscumque personis, etiam S. R. E. Cardinalibus, Legatis a latere & Nunciis, revocando, & annullando facultates ipsas fortasse hæcenus concessas, exceptis tamen locorum Ordinariis, alisque superioribus, qui sub tanquam Ordinariis, & ordinaria jurisdictione utentibus dicta monasteria subiecta, & addicta sunt, in casibus necessariis, & servatis aliis de iure servandis. De iure autem ex Constitut. Gregorii XIII. Dubii 23. Decemb. 1581. §. 1. & 2. in hoc ingressu pro casibus necessariis hæc servanda sunt, ut scilicet Prælati tam seculares (sive Episcopi, sive Cardinales sint) quam Regulares ingredientur comitati paucis personis, hisque senioribus, & religiosis, sub pena in Episcopo contrahentes interdicti eo ipso ab ingressu Ecclesie pro prima vice, pro secunda suspensionis a pontificationibus, & a divinis, pro tertia, & ulterioribus excommunicationis: in superioribus vero regulares sub pena similiter excommunicationis, privationis cuicumque officii, & ministerii.

Ex Constitut. Alexandri VII. Felici 10. Novemb. 1664. Prælati regulares non possunt ingredi clausuram Monialium sibi subiectarum.

1. Nisi senel in anno ex causa visitationis localis faciendæ per seipos, non per substitutos cum assistentia quatuor Monialium ex senioribus unica die post ortum, & ante occasum solis, nulla sumpta in monasterio refectione. Et tunc si visitator sit Generalis, possit secum ducere duos socios sui Ordinis: si alius a Generali unum tantum, nunquam in actu visitationis ad invicem separandos.

2. Si ob clausuræ custodiam, aut ob aliam urgentem, ac necessariam causam pluries in anno ingredi opus habeant, ingredi debeant una cum Episcopo diocesano, vel persona ecclesiastica seculari ab eodem specialiter deputata.

3. Visitationem personalem peragere debent ad crates extra septa monasterii, istdem per seipos, & non per substitutos.

4. Confessarii tam ordinarii, quam extraordinarii ingredi tantum debent pro sacramentorum administratione, & commendatione animæ agonizantium, non ingrediantur nisi cum socio probatæ vite, ac mature ætatis, & ita, ut semper ad invicem videri possint, sub penis in regularibus prædictis, aut negligentes prædicta omnia adimplere excommunicationis ipso facto, privationis omnium officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, viciusque activæ, & passivæ absque alia declaratione; quos Episcopus tanquam delegatus Sedis Apostolicæ toties, quoties opus fuerit impetranda, & prævio examine super earumdem moribus, fama, habilitate, & necessitate ab Episcopo, & non ab aliis quibuscumque superioribus faciendæ, sub penis impositis contra transgressas clausuram Monialium tam in feminas aliter admittas, quam in moniales, aliasque in monasteriis degentes aliter admittentes.

Ead. Sess. XXIV. cap. 7. de Regul.

XCI. Decretum præscribens formam servandam in electione Abbatissarum, absque ulla temporis præfixione de abbatissas duratione, ampliatum est a Gregorio XIII. Constitut. Expofecti 1. Jan. 1583. præfixente triennium duntaxat pro Monialibus intra Italiam, & utriusque Sicilia Regnum, quo claspio vacare debet

a regimine etiam vicariarum per aliud integrum vicarium; nec super hoc dispensari potest ab Episcopo ex decreto Cong. Episc. & Regul. in Maxarion. 8. Mart. 1700.

Ead. Sess. XXV. & cap. 7. de Regul.

XCII. Decretum mandans §. Si hoc. Episcopum præesse debere electioni Abbatissæ monialium sibi subiectarum; Prælatum vero regularem electioni, que fit a monialibus sibi subiectis, exemptis a jurisdictione Episcopi, ampliatum est a Gregorio XV. Constitut. Inscrutabili 3. Febr. 1622. decernente §. 5. ut Episcopus una cum superioribus regularibus per se, vel per alium interesse etiam valeat huic electioni, citra tamen ullam monasteriorum impendam. Reliqua circa hanc electionem vide infra n. XCIV. §§. Tenentur, & Nota.

Ead. Sess. XXV. cap. 10. de Regul.

XCIII. Decretum statuens, ut Episcopi, alique monasteriorum Prælati subiectis sibi monialibus præter ordinarium, extraordinarium confessorium bis, aut ter in anno exhibere teneantur, declaratum, & ampliatum est a Benedicto XIV. Constitut. Pastoralis 5. Aug. 1748. decernente.

1. Confessorium extraordinarium teneri audire omnium monialium, aliarumque in monasterio degentium confessiones; illas autem ad id non arctari, sed debere tantum coram illo se sistere, saltem ad salutaria monita, etiam extra confessionem accipiendæ; idque ad tollendas suspiciones, & oblationes contra respective ad eum accedentes, & non accedentes iuxta edictum Clementis XI. cuius extraordinarii deputatio cupit Benedict. extendi ad omnes mulierum communitates.

2. Hunc regulariter deputandum esse ab eo, ad quem spectat ordinarii confessorii electio, & deputatio.

3. Si Episcopus neglexerit extraordinarium deputare, deputandum esse a Cardinali majore penitentiario, si regularis fuerit a monialibus, ex approbatis tamen a locorum Ordinariis pro excipiendis monialium confessionibus. Si vero hanc deputationem neglexerit Prælati regularis, deputandum esse ab Ordinariis locorum.

4. Tam Episcopus, quam Prælatum regularem teneri peculiarem confessorium concedere moniali graviter ægrotanti, si illum petat: sicut & illi, que licet non infirma, obfirmate tamen recuset confessorio ordinario confiteri. Iste autem peculiaris confessorius assignandus a Prælato regulari, semper debet esse ex approbatis ab Episcopo pro monialibus. Quod si ille, cui monialis Regularibus subiecta confiteri cupit, non sit ex approbatis, tunc Episcopus eundem approbet pro tot vicibus, quot expedire judicaverit.

5. Post Episcopum juxta decretum Cong. Conc. an. 1573. a Gregorio XIII. approbatum assignare semel, vel pluries peculiarem confessorium tam secularem, quam regularem alterius Ordinis eidem moniali Regularibus subiecta, reluctanti confiteri ordinario confessorio.

6. Non esse interdictum pluries etiam quam tribus vicibus in anno extraordinarium necum omnibus, sed etiam singularis monialibus offerre, si non ex animi levitate, neque ex indelicata affectionis singularitate illam petant; quod remittitur iudicio, & discretioni Prælatum.

7. Quoscumque superiores regulares teneri bis, aut ter in anno deputare hunc extraordinarium monialibus sibi subiectis, qui saltem senel in anno sit ex Clero seculari, aut ex alio Ordine regulari, tributa facultate Episcopi supplendi eorumdem defectum, appellatione remota.

8. Ordinarium confessorium, durante extraordinario, audire non posse confessionem cuicumque intra monasterium, aut piam domum degentis, etiam superioris, novice, seu conversæ sub penis arbitrio Prælatorum, quorum regimine monasteria, aut pia domus subiecta sunt.

9. Extraordinario, sive communitati, sive alicui in monasterio degenti peculiari deputato, expleto suo munere interdictum esse accessum ad idem monasterium sub penis in accedentes ad moniales, & cum ipsis conversantes statutis.

Eadem Sess. XXV. cap. 11. de Regul.

XCIV. Decretum statuens tam seculares, quam Regulares exercentes in seculares personas animarum curam in iis Ecclesiis, que monasteriis, seu domibus regularium viciorum, aut mulierum annexæ sunt, immediate subesse debere in pertinentibus ad dictam curam, & sacramentorum administrationem jurisdictionem, visitationem, & correctionem Episcopi diocesani, ad tollendam finistram ejusdem decreti interpretationem a nonnullis excogitatum, quod nempe afficiat tantum vel Parochos, vel animarum curam exercentes, non vero sacerdotes ab episcopali jurisdictione exemptos, si alia sacramenta ad Parochum pertinentia sine Episcopi, & ejusdem Parochi licentia ministrarent, ampliatum, & declaratum est a Gregorio XV. Constitut. Inscrutabili 3. Febr. 1622. sic statuente §. 4. Ut decem tam Regulares, quam seculares quomodolibet exempti, sine animarum curam personarum secularium monasterii, seu domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive secularibus sive regularibus incumbentem exerceant, sive alia ecclesiastica sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quomodo in dicta cura exercito, aut in eorumdem sacramentorum, vel aliorum ex illis administratione de facto absque auctoritate se ingerant in his, que huiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimoda jurisdictioni, visitationi, & correctioni diocesani Episcopi, tanquam Sedis apostolicæ delegati, plene in omnibus subiciantur. Ad hæc tam Regulares, quam seculares huiusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri sepessim, quominus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium, etiam regularibus subiectarum ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant.

Ampliatum est etiam in hoc, quod administratores bonorum monasteriorum monialium Regularibus subiectarum (de quibus nullam mentionem facit Trident.) cogi, & compelli possint ab Episcopo loci, adhibitis etiam superioribus regularibus ad reddendam singulis annis rationem administrationis, sique ex rationabili causa amoveri, si superiores prius de causa moniti id facere dereliquerint, ut ibidem §. 5. quemadmodum etiam resolutum fuit a Cong. Conc. 28. Sept. 1754. in Ferrar. iurisdic. una cum aliis dubiis ad eandem administrationem spectantibus.

Pro hujus tamen Constit. intellectui emanantur a Sac. Cong. Conc. sequentes declarationes ab ipso Gregorio, & subinde ab Urb. VIII. approbatæ, que referuntur in calce ejusdem Constit.

1. Episcopus vi dictæ Constit. non potest visitare altaria Ecclesiarum Regularium, neque tabernaculum, neque confessionalia.

2. Nec iis præscribere loca, tempus & conditionem personarum secularium, quarum confessiones audient.

3. Nullam ex eadem Constit. auctoritatem recipit in personas nullius diocesis.

4. Prælati territorium habentes nequeunt exercere potestates hæc Constitutione concessas.

5. Cum permittitur Episcopo assistere, & præesse electioni Abbatissæ monialium Regularibus subiectarum, non ei datur jus illam confirmandi.

6. Confessarii sine ordinari, sive extraordinarii, etiam superiores, nequeunt audire confessiones monialium sui Ordinis sine approbatione Episcopi sub pena nullitatis confessionum.

7. Approbatio generalis data Regularibus pro audiendis confessionibus non sufficit ad audiendas illas monialium.

8. Nec data pro uno monasterio valet pro alio.

9. Confessarii extraordinarii indigent nova approbatione toties, quoties deputantur ad audiendas eorumdem monialium confessiones.

10. Episcopus revocans eorum confessorios, administratores bonorum, non tenetur causam significare superioribus regularibus.

11. Hæc Constit. locum habet in omnibus delictis, & non in notoriis tantum, & cum populi scandalo.

12. Potest Episcopus coercere, & punire Regularem acce-



accidentem absque legitima licentia ad colloquendum cum moniali etiam sui Ordinis.

13. Tenentur regulares significare Episcopo diem electionis abbatissae, eumque utque ad praesentium tempus expectare, si antea ipse expresse declaraverit, se uti velle facultate sibi hac in parte attributa, abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac praesidere. Post hanc vero declarationem licere Episcopo animadvertere in regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eadem non praenuntiata, ad abbatissae electionem procedunt.

Nota ex decreto Congr. Conc. 26. Apr. 1727. in Tyburtina, ut in Theaur. Refol. ejusdem Cong. quod si Episcopus interesse velit huic electioni, interesse tantum debeat cum his limitationibus.

1. Scilicet quod non possit ope Vicarii generalis, aut cancellarii exquirere voluntates, vel recipere, aut adnotare vota monialium eligentium, sed haec omnia praestari debeant a superiore regulari; sciente tamen, & audiente eodem Episcopo.

2. Quod nequeat suffragium ferre, sicut & neque superior regularis sub pena nullitatis electionis.

3. Quod ejus cancellarius, durante sermone, neque intra ecclesiam permanere possit; nec alii quicumque etiam religiosi ejusdem Ordinis, exceptis superiore, & scrutatoribus.

4. Quod confirmatio electionis fieri tantum debeat a superiore regulari, tanquam a Praelato immediato.

Ead. Sess. XXI. c. 11. de Regul.

XCV. Idem decretum declaratum est a Benedicto XIV. Constit. *Firmanis* 6. Nov. 1744. circa actus, quos Episcopus in istem Regularium parochialibus Ecclesiis exere potest ordinaria jurisdictione in visitatione locali, statuente.

1. A parochia regulari excipiendus esse in dictis Ecclesiis missionarios ab Episcopo missos tanquam visitationis suae praenuncios, juvandosque in omnibus, quibus ad injunctum sibi onus implendum opus illis esse contingerit.

2. Possit Episcopum ibidem sive intra, sive extra visitationem confirmationis Sacramentum administrare.

3. Visitare dumtaxat altare, in quo Ss. Eucharistiae Sacramentum aservatur, ejusque tabernaculum.

4. Fontem baptisterii, si adest.

5. Confessionale, in quo parochus confessiones audire solet.

6. Pulpitum, in quo idem jus habet verbi Dei enunciandi.

7. Sepulcrum, sepulturas, & coemeterium pro humanis parochianorum cadaveribus.

8. Turrim campanariam, si adest campanae ad parochiam proprie spectantes, sacrarium, & suppellectilem pro administrandis Sacramentis tam intra, quam extra Ecclesiam.

9. Omnia vasa tam pro servandis particulis consecratis, tam pro oleis factis, aut aqua baptisterii, vel alia rite benedicta.

In visitatione vero personali ejusdem parochi regularis debere Episcopum illum examinare.

1. An legitimo titulo curam exerceat.

2. An observaverit, & observet residentiae leges.

3. An vocatus ad synodum iyerit.

4. An conferentias super casibus conscientiae frequentet.

5. An adimpleverit onera animarum cura annexa, applicationem scilicet missae pro populo dominicis, & aliis diebus festis de praeco: praedicationem verbi Dei iisdem diebus, puerorum instructionem in fidei rudimentis, & doctrinae christianae praeco: praecipue ante susceptionem confirmationis, & primam communionem: sedulam diligentiam in excipiendis fidelium confessionibus, & spiritualibus auxiliis aegrotantibus, ac in agone constituis praestandis; in debita inquisitione adhibenda pro valida celebratione matrimonii, spontique instruendis circa consensum praestandum, mysteriorumque Fidei notitiam, ac recte ordinatis retinendis libris baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, & status animarum.

6. Item debere Episcopum scrutari ipsius morem, & vitam in his tantum, quae ad populi reedificationem

conferre, vel obesse possunt: non vero in iis, quae spectant ad illius instituti observantiam.

7. Possit itidem in eum decreta pronuntiare, poenaeque statuere, si in praedictis omnibus deficientem invenerit, non privative, sed cumulative cum Superiore Regulari: ita tamen, ut si aliter ab hoc, & aliter ab Episcopo decernatur, visus, non vero illius decretis sit standum: reservata eidem Episcopo privativa facultate in Parochianorum mores inquirendi, eorumque scandala puniendi.

8. Parochum aequo jure removeri posse ab animarum cura, tam ab Episcopo, quam a Superiore regulari, absque eo quod iuris alteri causas iudicii sui aperire, aut probare, & certificare tenetur.

Ead. Sess. XXI. cap. 11. de Regul.

XCVI. Decretum excipiens ab ordinaria Episcopi jurisdictione, quoad visitationem, monasteria, seu loca, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, declaratum est in eodem Constit. §. 12. statuente Episcopum etiam tanquam Sedis Apostolicae delegatum, se abstinere omnino debere a visitatione, alioque quocumque jurisdictionis actu in hujusmodi Parochos, & Superiores, quoties dicti Abbates, & Superiores probaverint jurisdictionem episcopalem in eisdem; & contra Episcopum probare nequeat amplius in ipsos jurisdictionem ex alio capite sibi acquisitam.

Ead. Sess. XXI. c. 11. de Regul.

XCVII. Decretum patet excipiens ab Episcopi jurisdictione, visitatione, & correctione, etiam quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, Parochos tam Saeculares, quam Regulares dictam animarum curam exercentes in monasteriis, seu locis, ubi Abbates, Generales, aut capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent, declaratum est ab eodem Pontifice in cit. Constit. a §. 13. ad 19. decernente.

1. Non sufficere ad hanc exemptionem cujuslibet Abbatis residentiam, sed debere esse residentiam Abbatis generalis totius Ordinis sui.

2. Non requiri, quod monasterium, ubi idem Abbates, seu Superiores resident, sit caput Ordinis, sed sufficere, quod sit ordinaria, & principalis sedes eorumdem.

3. Illud monasterium tantum dici ordinariam, & principalem sedem, quod vel a constitutionibus Ordinis, vel a consuetudine, ut tale praesinitur. Si vero neque a constitutionibus, neque a consuetudine praesinitum sit, tunc dici debere illud, quod Superior generalis pro sua stabili residentia initio sui generalatus elegerit. Quod si facta semel electione variate praesumpserit, neque monasterium initio electum, neque alterum, ad quod etiam cum curia se transferit, gaudere privilegio ordinariae, & principalis sedis.

4. His generalibus Superioribus non ideo competere jus aliquod in saecularibus subditis parochialium in eorum ordinaria principali sede erectarum, sed privative spectare ad Episcopum: sicuti & ad ipsum spectare interponere propriam auctoritatem, & consensum praevio examine, super admisione Parochi tam Saecularis, quam Regularis, etiam ad nutum amovibilis ab eisdem Superioribus in dictis Ecclesiis deputari.

5. Possit Episcopum, & aliquando etiam debere instare apud dictos Superiores pro Parochi remotione, si hunc munus suum non recte administrare cognoverit; implorata etiam Sedis Apostolicae auctoritate, quoties Superiores reluctaverint, aut plus aequo Parochi a se deputato favorint.

6. Parochiales unitas dictis monasteriis pro ordinaria, & principali sede constituitur, non gaudere exemptione a visitatione, & correctione Episcopi, quamvis a Parochis Regularibus administrantur.

7. Nec illas erectas in iisdem monasteriis, siqui Episcopi ipsas visitare consueverint.

Ead. Sess. XXI. cap. 13. de Regul.

XCVIII. Decretum statuens componendas esse ab Episcopo controversias de praecedentia in publicis processibus, in detestandis defunctorum cadaveribus, aliis-

aliisque similibus publicis actibus, declaratum est a S. Pio V. Constit. *Divina* 27. Aug. 1568. quo ad Fratres praedicatores, decernente eis ubique competere praecedentiam ante quoscumque Ordines mendicantes, etiam in privatis actibus. Quam praecedentiam postea Clemens VIII. Constit. *Inter cetera* 25. Septem. 1592. iisdem concessit etiam ante alios quoscumque Ordines regulares (exceptis Canonicis, & Clericis saecularibus, ac antiquis Ordinibus monachalibus) Quid autem jus sit circa hanc praecedentiam, quando tam eorum, quam aliorum Ordinum conventus post aliquos praesistentes regulares alicubi fundati sint, vide Constit. Gregorii XIII. *Exposuit* 15. Jul. 1633. & cit. Constit. *Inter cetera* §. 2.

Ead. Sess. XXI. cap. 14. de Regul.

XCIX. Decretum statuens regulares exemptos intra claustra degentes, sed extra notorie delinquentes cum scandalo populi, Episcopo instante, severe puniendos esse ab eorum superiore intra tempus praesigendum ab eodem Episcopo, de hac punitione postea certiorando, & in defectu punitionis superiorum privandum esse officio a suo Praelato, ac dictos delinquentes regulares puniri posse ab Episcopo, ampliatum est a Clemente VIII. Constit. *Suscepit* 23. Feb. 1596. infringente §. 3. poenam privationis dignitatum, & officiorum late sententiam contra superiores hoc Tridentini decretum non servantes in omnibus; ac addente, quod si superior regularis suum religiosum, ut supra delinquentem non puniverit, & illum impunitum a loco delicti ad alium suae Religionis transferat, instante Episcopo loci delicti intra terminum ab eodem praesigendum debeat delictum delinquentem ad eundem locum delicti revocare; alias idem superior incurat poenam privationis vocis activae, & passivae Pape reservatae: & crescente contumacia possit, & debeat Ordinarius loci, ad quem transmissus est delinquens, sine requisitis ab Ordinario loci delicti, sive aliter informatus, procedere adversus eundem, eumque punire juxta dictum decretum Tridentini tanquam Sedis apostolicae delegatus.

Ex decreto Congr. Conc. relato a Matthaei *Officiali*. *Cur. cap. ult. n. 22.* regularis puniri itidem potest ab Episcopo, si notorie delinquat etiam in Ecclesia sui monasterii januis apertis; secus si clausis. Et nota ex altero decreto ejusdem Congr. ibidem relato, quod religiosus delinquens detentus in carceribus ab Episcopo statim remittendus est ad ipsius superiorum a cum probationibus, seu processu, licet superior nullam instantiam faceret.

Ead. Sess. XXI. cap. 15. de Regul.

C. Decretum prohibens in quocumque Ordine regulari utriusque sexus professionem fieri ante decimum sextum annum post probationem unius anni a suscepto habitu, ampliatum est a Clem. VIII. in decretis super receptione novitorum relatis in calce ipsius Constitutionis *In Suprema* 2. Aprilis 1602. statuente 1. ut conversi non nisi post completum vigesimum primum suae aetatis annum eam emittant. 2. hanc nullam esse tam horum respectu, quam admissorum pro Clericis, si probatio per annum ut supra facienda, fiat in locis pro novitatu apostolica auctoritate non designatis.

Ead. Sess. XXI. cap. 16. de Regul.

CI. Decretum edicens nihil innovatum esse in Religione Clericorum Societatis Jesu circa renunciationem, aut obligationem factam a novitio ante duos menses proximos professioni, & in novitatu retentionem, vel ejectionem, declaratum est quo ad aliqua dubia a Gregorio XIII. Constit. *Ascendens Domino* 25. Maji 1584. quae vide ibi.

Ead. Sess. cap. 19.

CII. Decretum prohibens ullam regularem audientiam esse super nullitate professionis ex quocumque capite, nisi intra quinquennium a die professionis reclamaverit, ampliatum est a Bened. XIV. ut in additionibus meis l. III. tit. 31. post n. 22.

Eadem Sess. c. cap.

CIII. Decretum prohibens quocumque regularem quocumque facultatis vigore transferri ad laxiorem P. *Remigii a S. Eusebio*, Pars I.

Religionem, declaratum, & ampliatum est, ut supra n. XXV.

Ead. Sess. cap. 20.

CIV. Decretum praecipiens, ut priores claustrales, aut in prioratibus conventum habentibus superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, ac capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum visitatoribus instituantur, etiam si eorum monasteria commendata sint, ampliatum est ab Innoc. X. Constit. *Paschalis* 25. Sept. 1654. favore monasteriorum Cisterciensium, decernente §. 2. ne eorumdem commendatarii possint priores, & officiales instituire, ac destituere, nec visitare monachos, eosque corrigere: quod idem confirmatum fuit ab Alexandro VII. Constit. *Exponi* 26. Augusti 1655.

Ead. Sess. XXI. cap. 22. de Regul.

CV. Decretum statuens executioni demandanda esse decreta de reformatione regularium, confirmatum est a Pio IV. Constit. *In Principis* 17. Febr. 1564. revocante quocumque indulta confessionalia, mate magnum, aliaque privilegia quibuscumque regularibus concessa in iis, quae concilio Tridentino adversantur.

Ead. Sess. XXI. cap. 2. de Refor.

CVI. Decreto declaranti a quibus, & a quo emittenda sit fidei professio, accessit Constit. Pii IV. *In junctum* 13. Novemb. 1564. praeribentis formam, qua fieri debeat.

Ead. Sess. cap. 3.

CVII. Decreto statuente, quando, & a quo decernenda sint excommunicationes ad finem revelationis, aut pro deperditis, vel subtrahis rebus, accessit Constit. S. Pii V. *Sanctissimus* 27. Jun. 1570. praeribentis formam, qua hujusmodi apostolicae litterae monitoriales expediendae sint a curia romana.

Ead. Sess. c. cap.

CVIII. Decretum statuens §. *In causis* multas pecuniarum eo ipso, quod exactae fuerint, assignandas esse locis piis, ampliatum est ab Innoc. XI. cujus jussu 5. Febr. 1678. expeditae fuerunt a Cong. Episc. & Regul. litterae encyclicae ad omnes Episcopos relate l. X. de *Synod. diac. cap. 10. n. 5.* praecipiendo dictas multas statim tradi custodiendas fidei depositario, ut semper innotescat, quantum a delinquentibus exactum fuerit, & in quem usum erogatum.

Ead. Sess. XXI. cap. 4. de Refor.

CIX. Decretum tribuens facultatem Episcopis in dicecesana synodo, & abbatibus, ac Generalibus Ordinum regularium in suis generalibus capitulis reducendi numerum missarum, quando ex variis testatorum relictis earum numerus adeo magnus est, ut illis pro singularibus diebus a testatoribus praescriptis nequeat satisfieri, vel quando eorumdem elemosyna est adeo tenuis, ut non facile inveniantur, qui velit huic se oneri subjicere, derogatum est ab Urbano VIII. Constit. *Cum sepe* 21. Jun. 1625. §. 1. de celebratione missarum, cujus decreta relata, & confirmata sunt ab Innoc. XII. Constit. *Nuper* 23. Dec. 1697. statuente pro utroque casu adendum esse Sedem apostolicam; & hoc, etiam si legatum relictum pro missis celebrandis esset ita tenue, & nondum ab ullo acceptatum fuisset, ut adnotatum legitur post dictam Urbani Constitutionem.

Ead. Sess. cap. 7.

CX. Decretum prohibens tam accessus, aut regressus etiam de consensu partium, ad quocumque beneficium Ecclesiasticum, quam futuram successorem in coadjutoris, declaratum est a S. Pio V. Constit. *Romani* 12. Sept. 1571. revocante omnes dictos regressus, accessus, & ingressus etiam eventuales, & penales, ac coadjutorias, etiam de consensu quomodolibet habentis concessas, etiam S. R. E. Cardinalibus, super quibus litterae apostolicae integraliter expedite non fuerint.

Ead. Sess. XXI. cap. 10. de reform.

CXI. Decretum statuens, ut unaquaeque dioecesis habeat



babent quatuor saltem, aut plures probatis personis in conciliis Provincialibus, aut diocesanis designandas, quae Judices synodales vocantur, praeditas qualitatibus expressis in Constit. Bonifacii VIII. cap. Statutum, quibus, aut Episcopis causa ecclesiastica in partibus committenda sunt, ita ut delegationes aliis factae subreptitiae censentur, cum facultate alium substituendi per locorum Ordinarium cum consilio capituli usque ad futuram provincialem, aut dioecesanam synodum, siquam ex illis mori contingat, ampliatum est a Bened. XIV. in epistola ad locorum Antistites incipiente Quamvis 26. Aug. 1741. statueret.

1. Ut eorumdem synodaliu Judicum nomina, ut supra designatorum, vel suffectorum, quam primum ab Ordinariis ad futurum Pontificem transmittantur, ut ita officiales S. Sedis scire possint, quibus apostolicas commisiones dirigere debeant.

2. Ut in casu Concilii Provincialis, aut synodalis non coacti eidem Ordinarij interim eos eligant cum consensu suorum capitulorum, & illorum nomina pariter ad Pontificem transmittant.

3. Ut elegantur nedum quatuor, sed etiam plures, dioecesis amplitudo, aliaque peculiare circumstantiae id exposcant.

Ead. Sess. & cap.

CXII. Decretum precipiens §. Admonet, ut tam Ordinarii, quam alii quicumque Judices, quanta fieri poterit brevitate, studeant in terminandis causis, ac litigatorum artibus, seu in liti contestatione, seu in alia parte iudicii differenda, termini praefixione occurrant, ampliatum est, ut supra n. LXXXI.

Ead. Sess. XXV. cap. 13. de reform.

CXIII. Decretum mandans persolvendam esse quartam funeriariam cathedralibus, vel parochialibus Ecclesijs solvi solitam XL. annos ante ipsum Concilium, non obstantibus privilegiis de ea non solvenda, declaratum fuerat a S. Pio V. Constit. Est mendacantium 16. Maii 1567. ita statueret §. 11. - Quartam autem funerialium, de qua sess. 25. c. 13. nequaquam solvere teneantur monasteria, quae a quadraginta annis citra fundata existunt, postquam concilium ipsum loquatur tantum de monasteriis ante annos quadraginta fundatis, quae ipsam quartam solvere consueverunt; & ubi solvi consueverit, id tantum cere, & aliorum, quae in aliquibus partibus deferri contigerint tempore, quod funtorum corpora ad sepulchra deferuntur, non autem de missis, seu legatis, vel aliis Fratrum ipsi, seu monialibus relictis, aut aliis quomodolibet donatis solvi debet: sique ineligi hujusmodi concilii decretum, quoad quartam hujusmodi solvendam debere decernimus. Ubi vero non est consuetudo solvendi quartam hujusmodi, de nullo supra scriptorum solvi debere declaramus. Quae Constit. redacta postea fuit a Gregorio XIII. Constit. In sancta r. Mart. 1573. ad terminos juris communi, & Concilii Tridenti verum a Bened. XIII. Constit. Romani Pontifex 2. Apr. 1725. pro Italia, & Insulis adjacentibus revocata sunt quaecumque privilegia post Clementin. Dudum de sepul. edit. in Concil. Vien. & post Trident. concessa Regularibus in Italia, & Insulis adjacentes existentibus de non solvenda dicta quarta Parochijs desumptorum, qui in Ecclesijs eorumdem Regularium tumulantur; ubi §. 4. declaratur, ut hac quarta debeat de omnibus intorticijs, & candelis, quibus in itinere associatur cadaver, & quae circa idem cadaver, & in altaribus in die funeris accenduntur, etiamsi funus non fiat in die tumulationis, sed ad longius tempus differatur; reservatis tamen favorabilioribus Parochiorum juribus, & consuetudine legitime probata, conventionem, concordia, aut statuto competentibus etiam respectu Ecclesiarum non regularium: & hac omnia locum habere, siue defunctus ibi tumulatur, vel exponatur, quia beneficium ibidem obtinuit, siue quia habuerit sepulchrum gentilium, siue quia sepulchrum elegerit: Excipiuntur tamen ab hoc quarta candelae per viam accessu delatae a Sacerdotibus, etiam regularibus, vel sodalitatium constitutibus cadaver associantibus; sicut & legata missarum, & anniversariorum, haeque solentium relictorum Ecclesiae tumulant.

Ead. Sess. XXV. cap. 16.

CXIV. Decretum precipiens assignandam esse Vicariis perpetuis congruam portionem, declaratum est a S. Pio V. ut supra n. XII.

Ead. Sess. cap. 9.

CXV. Decretum statuens certas poenas in quoscumque Dominos temporales, etiam si sit Rex, vel Imperator, penitentes in terris suis duellum formatum, ac in committentes pugnam, eorumque patris consules, & spectatores, ampliatum est a Clemente VIII. Constit. Illius vices 17. Aug. 1592. extendent §. 5. poenas omnes lasas a Pio IV. Gregorio XIII. & Tridentino ad omne singulare certamen etiam privatum, seu minus solemne, & ad omnem provocacionem, & cooperacionem attentatam; etiam non sequenti pugna, neque accessu ad locum; & ad omnes cooperaciones circa chartulas, vel disputationis nuncia, licet provocaciones intumate non fuerint adversarii, si per ipsos cooperantes non sterit, quominus intumantur. Declarante insuper hoc omnes incurrere excommunicationem Papae reservatam (quam non reservaverat Gregorius, nec Tridentinum) infamiam iuris, & privacionem Ecclesiasticae sepulturae: loca vero certaminis incurrere eo ipso, interdictionem Papae reservatam.

Ampliatum est etiam prius a Benedicto XIII., & postremo a Bened. XIV. Constit. Desestabilem 4. idus Novembris 1752. §. Jam vero ibi: - Si quis in duello, siue publice, siue privatim in alio hominem occiderit, siue hic mortuus fuerit in loco conflictus, siue extralocum ex vulnere in duello accepto, hujusmodi homicida tanquam interficiens proximum suum animo praeditato, ac deliberato ad formam Constit. fel. record. praedest. nostri Benedicti Papae XIII., quae incipit - Ex quo divina data VI. idus Jun. anno Domini 1725. ab Ecclesiastica immunitatis beneficio exclusus, & repulsus omnino censetur; ita ut a curis, & sacris, aut religiosi loci, ad quod conjugium, servatus tamen de jure servandis, extrahi, & iudicij competentis curia pro merito puniendus tradi possit, & debeat: super quo nos Episcopi, alisque superioribus Antistitibus, ad quos respectivo pertinet, & pervenit in posterum, necessarias, & oportunas facultates praesentium quoque tenore imperimus.

Quia etiam, videntur adhuc altero in singulari certamine graviter vulnerato, si percussor in locum immunitatis se receperit, ex quo, eventum illius morte, singam arripere, & legum severitatem evadere posse prospiciatur, volumus, & respectivo permittimus, ut quatenus periti ad inspicendum vulnus acciti grave vitae periculum adesse retulerint, percussor ipse praedicti temporis decreto Episcopi, & cum assistentia personae ecclesiasticae ab eodem Episcopo deputata, ab hujusmodi loco immunitatis extrahatur, siue mora carceribus mancipetur: ea tamen lege iudicibus indicenda, ut illum Ecclesiae restituere debeant, si vulneratus superstes vivat ultra tempus a legibus, quae de homicidio sunt, constitutum; alioquin in eisdem poenas incendant, quae in memoratis Benedicti XIII. literis constitum sunt adversus illos, qui delinquentem in aliquo ex casibus ibidem expressis, ex inscitia ad inspicendum sibi traditum restituere recusent, postquam in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerint.

Praterca decernimus, ac declaramus sepulturae sacrae privacionem ex sacrosancta Tridentina Synodo infamiam mortentibus in loco duelli, & conflictus incurrendam perpetuo fore etiam ante sententiam iudicis accedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, siue duellum publice, siue privatim inditum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta poenitentiae signa dederit, atque a peccatis, & censuris absolutioem abrupserit; sublata Episcopi, & Ordinarii locorum super hac poena interpretandi, ac dispensandi facultate.

Uterius proscipit has propositiones.

1. Pro militari, qui nisi offerat, vel accepto duellum, tanquam formidolosus, timidus, abjectus, & ad officia militaria ineptus habereur, itaque officio, quo se, iustque sustentat, privaretur, vel promotionis alias sibi debita, ac promerita se perpetuo carere deberet, nisi, & poena vacaret, siue offerat, siue accepto duellum.

2. Ex

2. Excusari possunt etiam honoris tuendi, vel humane utilitatis vitandae gratia duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciant pugnam non esse securam, neque ab aliis impediendam.

3. Non incurrunt ecclesiasticas poenas ab ecclesia contra duellantes latas Dux, vel Officialis militiae acceptans duellum ex gravi metu amissionis fama, & officii.

4. Licetum est in statu hominis naturali acceptare, & offerre duellum ad servandas cum honore fortunae, & offerre alio remedio earum saltem propulsari nequit, quando alio remedio earum saltem propulsari nequit.

5. Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui civitatis male ordinatae, in qua nimium vel negligentia, vel malitia Magistratus iustitia aperte denegatur.

Ead. Sess. XXV. c. 20. de reform.

CXVI. Decretum statuens libertatem, & immunitatem ecclesiasticam observandam esse sub penis in ipsam violantes a sacris Canonibus, conciliis, & apostolicis factionibus impositis, quos innovat, declaratum est a Gregorio XIV. Constit. Cum alias 24. Maji 1591. insigente excommunicatione lata sententia Papae reservatam (ut etiam declaravit iussu Clementis VIII. 26. Novembris 1602. Cong. Episc. & Regul. quae prius de jure communi erat tantum ferende sententiae) in praesentem extrahere reum de loco sacro, aut eibidem existentem nocuum aliquid inferre in ipsius personam, aut bona, quae secum intulit, exceptis tamen casibus, quos vide in Auctore lib. III. tit. 39. n. 21. & seq. aliique exceptis a Clemente XII., & Benedicto XIV. quorum constitutionum summam vide ibidem in additionibus meis post n. 22.

Ead. Sess. in decreto de Indulgentiis.

CXVII. Decretum statuens §. Abusus, abolendos esse omnes pravos quoslibet pro consequendis Indulgentiis, ampliatum est a S. Pio V. ut supra n. VIII.

Ead. Sess. in decreto de delectu ciborum, jejunij & c.

CXVIII. Decretum, quo S. Synodus obtestatur pastores omnes, ut inter cetera seculo commendent quibuscumque fidelibus, - ut iis praecipue sint obsequentes, quae ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia - declaratum est in multis a Bened. XIV. tam quo ad observantiam, quam quo ad eorumdem jejuniorum dispensationem, ut in meis additionibus lib. III. tit. 46. post n. 5.

Ead. Sess. in decreto de Indice libror. Carectis, Breviar. & Missal.

CXIX. Decreto statuti terminandum, & vulgandum esse iudicio, & auctoritate Summi Pontificis quidquid a Patribus in hoc Concilio delectis examinatum fuerit circa Breviarium, & Indicem librorum, quo ad primum accesserunt Constitutiones S. Pii V. Quod a nobis 7. idus Jul. 1568. Clenae VIII. Cum in Ecclesia 10. Maji 1602. & Urbani VIII. Divina 25. Jan. 1631. quo ad secundum accesserunt Constitutiones relatae n. 1.

His etiam accessit decretum Cong. Rituum ejusdem Urbani iussu editum, quatum Constitutionum, & decreti summam habes in fronte Breviarii romani.

Ead. Sess. XXV. decret. de recipiend. & observand. decretis Concilii.

CXX. Decreto statuti haec eadem decreta ab omni-

bus recipienda, & observanda esse, accesserunt Constitutiones Pii IV. In Principis 17. Februarii 1564. statuentis ut supra n. CV. & Alias 4. nonas Aug. 1564. quae deputantur octo Cardinalibus pro executione, & observatione eorumdem decretorum.

Ampliatum est etiam a Gregor. XIII. Constit. Inter apostolicas 5. Sept. 1584. innovante decretalem Nicolai III. relata in c. Contingit 1. de iur. juran. in 6. aliaque functiones contra jurantes, & jurare facientes illicita, impossibilia, damnosa, & ecclesiasticae libertati adversantia, illamque extendente ad observantias, & juramenta obstantia decretis Tridentive haec praesentur ante possessionem Canoniarum, Ecclesiarum, & officiorum, siue post, sub penis Papae reservatis in talia juramenta exigentes, si Episcopi sint, seu Pontificali dignitate praediti, suspensionis a divinis; si singulares personae his inferiores, excommunicationis; & inhabilitatis ad officia, & beneficia obrinenda: si universalitates ecclesiasticae, capitula, conventus, eorumque Ecclesiae, & loca omnia laicalia, interdijci, scilicet personalis, vel localis respectivo. In praesentes aures dicta juramenta privationis eo ipso usus, & commodi rei, & gratiae, cuius causa illicite juraverint, id est officij, beneficii, & praelaturae.

Ead. Sess. & decreto.

CXXI. Decreto statuti providendum esse a summo Pontifice commodiore quacumque ratione ci beneficia, quoties in Concilii decretis recipiendis aliqua difficultas oriatur, aut aliqua acciderint, quae declarationem, aut definitionem postulent, accessit Constit. Sixti V. Immensa 8. Febr. 1588. quae instituitur Congregatio Cardinalium cum facultate eadem decreta interpretandi, in iis tantum, quae de morum reformatione, disciplina, ac moderacione, & ecclesiasticis iudiciis, aliique hujusmodi statuta sunt, & Papa consulto, eidem reservatae interpretatione eorum, quae ad Fidei dogmata pertinent.

Et hic notandum cum Benedicto XIV. lib. XIII. de synodo diae. c. 24. n. 23. quod, cum Concilium Tridentinum declaraverit sess. 25. cap. 21. de reformatione - Omnia, & singula sub quibuscumque clausulis, & verbis, quae de morum reformatione, atque ecclesiastica disciplina a se statuta sunt - ita decreta suscipi, & esse intelligantur, quoties a Romano Pontifice aliquid indulgetur, aut statuitur contrarium eidem Concilio, non opus est expressa illius derogacione, sed (sunt verba Benedicti ibi) - Satis est, si removeatur necessitas expressae derogacionis; proindeque sufficiat, ad hoc ut derogatum censetur opposita conciliari sanctioni, si Pontifex aliquid ipsi contrarium indulerit, aut decreverit, supplicemque libellum, seu alias archiepiscopum litterarum apostolicarum exemplar sua ipse manu signaverit, juxta definitionem editam a S. Pio V. per schedulam sui motus proprii relata a Garcia de Beneficiis part. 4. cap. 5. n. 32. & 33. Atque haec est sententia, in quam post longas disputaciones communi consensu conveniunt tum Abbreviatores Cancellariae apostolicae, & Rotae romanae Auditores, tum etiam Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum.

Hactenus de additamentis, quae extra hujus Operis corpus a pagina 189. usque ad praesentem 492. eidem accesserunt. Alia non pauca in quamplurimis tam prima, quam secunda partis titulis intertexta legentur.